

Autore	Malebranche, Nicolas de
Autore secondario	Lenfant, Jacques
Titolo	<i>De inquirenda veritate libri sex</i>
Frontespizio o incipit	<i>De Inquirenda / veritate / libri sex, / in quibus / mentis humanae natura / disquiritur & quomodo variis illius facultatibus, ut in Scientiis / error vitetur, utendum sit, demonstratur: / authore P. Malebranche / C.O.D.I.P [Congregationis Oratorii Domini Iesu Presbytero] / Ex ultima editione Gallica / Pluribus illustrationibus ab ipso authore / Aucta, Latinè Versi. Segue la xilografia di una corona e le indicazioni editoriali: Genevæ, / Typis e sumptibus Societatis / M. DC. XCI / cum privilegio sacrae caesareae majestatis.</i>
Colofone	manca
Editore	Societas
Luogo di pubblicazione	Ginevra (Genevæ), Svizzera
Anno di pubblicazione	1691
descrizione	[40 p.], 511, [7], 143, [1] p. ; in 4°. La sezione introduttiva, con pagine non numerate, contiene le prefazioni del traduttore e dell'autore e l'indice dei capitoli. I sei libri del trattato sono seguiti dalla sezione delle <i>explicationes</i> , con numerazione di pagine indipendente e preceduta da un index senza numeri di pagina.
impronta	ise- i-i- e-e- pudi (3) 1691 (R)
Note dell'esemplare	Nella pagina a sinistra del frontespizio sono presenti annotazioni manoscritte che ne attestano la presenza presso il Monastero di San Vitale <i>ad usum</i> di Pietro Paolo Ginanni (1698-1774), poi il passaggio a don Tommaso Torreggiani da Faenza (1786-1824). Le vicende successive sono confermate dal timbro della Biblioteca Comunale, a cui sono riferibili i numeri di collocazione scritti nelle prime pagine, e della Biblioteca del Liceo Ginnasio Dante Alighieri, con numeri di inventario generale 6746 e 12878. Catalogo dei beni storici n. 79.
Catalogazione	https://scoprirete.bibliotechetomagna.it/opac/resource/de-inquirenda-veritate-libri-sex-in-quibus-mentis-humanae-natura-disquiritur-quomodo-variis-illius-f/RAV1321241
Notizie sull'autore	Nicolas Malebranche (1638-1715) è stato un filosofo e teologo francese del XVII secolo. Egli sosteneva la teoria dell'occasionalismo, che afferma che ogni evento è causato direttamente da Dio e che le cause apparenti sono solo occasioni per l'intervento divino. Nel trattato, propone l'idea che la verità autentica possa essere trovata solo attraverso una ricerca approfondita della mente di Dio. Malebranche afferma che la ragione umana, da sola, è limitata nella sua capacità di raggiungere la verità assoluta e che è necessario dipendere dalla volontà divina per comprendere appieno la verità. Quest'opera rientra nel contesto più ampio delle sue idee sull'occasionalismo e sulla percezione divina. Jacques Lenfant (1661 - 1728) fu un teologo ugonotto, che, trasferitosi a Berlino, collaborò (1720) alla <i>Bibliothèque germanique, ou histoire littéraire de l'Allemagne et des pays du Nord</i> ; fra le varie opere di storia ecclesiastica si segnala l' <i>Histoire du concile de Constance</i> , del 1724.
Notizie sugli editori	Si tratta di un'associazione di editori di Ginevra.
Notizie sull'opera	Oltre alle edizioni in inglese e olandese, durante la vita di Malebranche, la <i>Recherche de la Vérité</i> fu tradotta anche in latino col titolo di <i>De Inquirenda Veritate</i> . Questa traduzione,

	avvenuta tra il 1682 e il 1683, utilizzò la terza edizione dell'opera di Malebranche, e il traduttore fu Jacques Lenfant (1661-1728), uno studente di teologia dell'Accademia di Ginevra. La traduzione evidenzia l'influenza significativa del pensiero di Malebranche nella Ginevra degli anni '80 del XVII secolo, mostrando un'accoglienza favorevole alla dottrina cartesiana tra gli intellettuali legati a questa Accademia riformata, nonostante la censura imposta sia dai cattolici che dai protestanti. La prefazione al <i>De Inquirenda Veritate</i> di Jacques Lenfant, offre una giustificazione del cartesianesimo e presenta il pensiero di Malebranche come una filosofia che, attraverso i suoi sviluppi etici e teologici, realizza la dottrina di Cartesio.
Esemplare on line	https://books.google.it/books?id=lZKk4V3aXRYC&printsec=frontcover&source=gb_s_atb&redir_esc=y#v=onepage&q&f=false
Diffusione	Il catalogo Opac SBN dà conto di 19 copie in 18 biblioteche italiane, compresa quella del Liceo Alighieri di Ravenna, a cui si aggiungono 8 esemplari di una edizione coeva dello stesso editore con leggere varianti http://id.sbn.it/bid/BVEE070746 http://id.sbn.it/bid/RMSE008947
Sitografia	https://journals.openedition.org/asterion/2668?lang=en http://www.ispf-lab.cnr.it/2017_NZN.pdf https://books.google.it/books?id=Zb0yEAAAQBAJ&printsec=frontcover&hl=it&source=gb_s_ge_summary_r&cad=0#v=onepage&q&f=false https://it.wikipedia.org/wiki/Nicolas_Malebranche https://www.treccani.it/enciclopedia/nicolas-de-malebranche_%28Enciclopedia-Italiana%29/



MALEBRANCHI
C.O.D.P.
DE INQUIRENDA

Ex S. Vitalis Lavennae

Ad Opus A. Leonis Pauli Firmani a Lavenna

Dr. Thomae Duvogginii a Faventia

LIBRI SEX.

223

DE INQUIRENDA
VERITATE

LIBRI SEX. H. IV. 13

IN QVIBVS

MENTIS HUMANÆ NATURA

disquiritur, & quomodo variis illius facultatibus, ut in Scientiis
error vitetur, utendum sit, demonstratur:

AUTHORE

P. MALEBRANCHE,
C. O. D. I. P.

EX VLTIMA EDITIONE GALLICA,

pluribus ILLUSTRATIONIBUS ab ipso AUTHORE
auctâ, Latine versi.



GENEVÆ,

Typis & Sumptibus SOCIETATIS.

M. DC. XCI

Cum Privilegio Sacræ Cæsareæ Maj. statis.

PREFATIO INTERPRETIS.
 Principiis istis abstractis multa expugnari videantur, recordan-
 dum est gravissima incommoda eo nos adducere non debere, ut
 à principio claro & indubitato deistamus. Quia mens finita, inu-
 meras relationes percipere non valens, omnes non potest solvere
 abstractiones mentis esse utilissimas, ubi illarum ope ea evidenter
 abstractiones percipimus, quæ fide & revelatione jam acceperamus.
 Cum autem abstractiones Authoris nostri sint huius generis,
 non video, cur quæquam repugnantem haberent. Sed sentio
 me iam limites prætergressum fuisse. Tamen præfationem facio,
 non Librum. Hic igitur subisto, & Lectorum impense rogo,
 ut hanc meam opellam æqui bonique consulas.

FINIS.



PREFATIO.

Nec Creatorem & Creaturas corporeas na-
 turæ suæ medium tenet menti hominis, cum
 iuxta D. Augustinum, supra illam nihil sit,
 præter Deum solum, nihil vero infra præter
 corpora. Sed quemadmodum idgens ipsius
 supra res materiales eminentia non obstat,
 quo minus eis uniatur, immo ab aliqua ma-
 teria portione pendet: ita distantia infinita, quæ inter Ens sum-
 mum & mentem humanam intercedit, non obstat pariter, quo mi-
 nus hæc illi immediate, & perquam intimè uniatur. Hæc ultimè
 unione mens supra omnia eminentiorem, lacem, & totam sui se-
 licetatem ab ea consequitur: Et Augustinus de illa unione, tan-
 quam de unione maxime naturali & essentiali menti passim loqui-
 tur: Contra verò autem errorum ac miseriarum suarum causa est,
 mens, & omnium ipsius errorum ac miseriarum suarum causa est.
 Vagos hominum, aut Ethnicos Philosophos, in mente nihil
 præter ipsius relationem & unionem cum corporibus, nullatenus
 verò ipsius unionem & relationem cum Deo, considerare, egi-
 dem non miror. At Philosophi Christianos, quos Spiritum Dei in-
 genio humano, Moysen Aristoteli, D. Augustinum misello euf-
 dam Philosophi Ethnici Commentatori anteponebat, in eo
 versare errore ut mentem potius habeant, tanquam formam cor-
 poris, quam ut factam ad imaginem Dei & propter imaginem
 Dei, hoc est iuxta Augustinum, præter veritatem, cui soli im-
 mediate uniatur, illud est quod omnem superat admirationem.
 Mens equidem corpori est unita, & illius naturalis est forma. Sed
 illam Deo unione longe strictiori & magis essentiali uniti consilii
 ipsius relatio ad Corpus posset non existere sed: ipsius relatio ad
 Deum ita essentialis est, ut mentem à Deo creari, sine illa rela-
 tione, consipere nemo possit.

Nihil est
 potentius
 illa creatu-
 ra, quæ
 mens dis-
 tinctione
 illi nihil est
 sublimius.
 Quicquid
 supra illam
 est, iam Cre-
 ator est. De
 23 in Joan.
 Quod rati-
 onali anti-
 ma rationis
 est, omni-
 bus con-
 tenti-
 bus, Deus
 est, Aug.

Ad ipsam
 similitudi-
 nem non
 omnia fa-
 da sunt,
 sed sola
 substantia
 rationalis,
 quare om-
 nia per ipsam
 sed ad ipsam
 non nisi a-
 nima ratio-
 nalis, ita quæ
 substantia
 rationalis,
 & per

ipsam facta est, & ad ipsam, non enim est ulianatura interposita, Lib. Imp. de Gen. ad Liter.
 Rectissime dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei, non enim aliter incommutabi-
 lem veritatem posset mente consipere. De ver. Rel.

INDEX CAPITVM.

non observare, quod multorum in physica errorum causa est. p. 415.
CAPUT III. De Errore periculossimo Philosophiæ ve-
 terem. p. 420.
CAPUT IV. Explicatio secundæ partis legis naturalis. Illam
 à Philosophis non observari. Certeque verò illam accuratè ob-
 servasse. p. 427.
CAPUT V. Explicatio principiorum Philosophiæ Aristotelis,
 ubi ostenditur, illum nunquam observasse secundam partem re-
 gulæ generalis, & quatuor ipsius elementa, & qualitates elemen-
 tares, examinantur. p. 441.
CAPUT VI. Præcepta generalia necessaria ut ordine proce-
 datur in inquirenda veritate & in delectu scientiarum. p. 455.
CAPUT VII. De usu primæ regulæ quæ spectat quæstiones
 speciales. p. 463.
CAPUT VIII. Applicatio cæterarum regularum ad quæ-
 stiones speciales. p. 474.
CAPUT IX. Ultimum exemplum ut istius operis utilitas
 pateat. In hoc exemplo causa unionis, partium corporum
 inter se invicem, & leges communicationis motuum exami-
 nantur. p. 487.
 Concluduntur tres postremi libri. p. 508.

FINIS INDICIS CAPITVM.



DE INQUIRENDA VERITATE.

LIBER PRIMVS.

DE ERRORIBUS SENSUVM.

CAPVT PRIMVM.

**I. De natura & proprietatibus intellectus. II. De natura
 & proprietatibus voluntatis, ubi quid sit libertas exa-
 minatur.**

Nec humanæ miseræ causa est, ex hoc pessimo
 principio fluxere, omnes quæ inter mortales irrepse-
 runt, ærumna. Is est scilicet, qui in mente nostrâ,
 cuncta quibus conflictamur mala, gignit fovetque,
 adeo ut frustra quisquam solidam veramque speret
 felicitatem, qui prius errori vitando seriam non
 dederit operam.

Homines, ideo tantum esse miseros, quod peccatores sint & rei, ab
 ipsa Scriptura sacra, docemur; jam autem nec peccatores essent, nec
 rei, nisi assensu quem errori præbent, peccato se emanciparent.


Si autem error est rector, fons humanæ miseræ, par est haud di-

A

fenfibilitatem uniamur, nobis concedi fuere: quamvis enim res fenfibi-
les refpectu mentis nec bonae nec male esse queant, bona tamen vel
mala funt relate ad corpus cui mens unitur. Cum itaque fenfus & ima-
ginatio relationes rerum fenfibilium cum corpore multo melius co-
gnofcant quam mens ipsa, affectus longe vividiores excitare debent,
quam cognitio clara & evidens. Quia verò cognitiones nostrae cum a-
liquo fpiritu motu femper coniunguntur, cognitio clara & evidens
ingentis alicuius boni, vel ingentis alicuius mali, quod fenfus non re-
gunt, arcanum alicuius affectum femper excitat.

Nihilominus omnes nostrae cognitiones clarae & evidentes non fem-
per trahunt post fe affectum alicuius fenfibilem & ut ita dicam, per-
ceptibilem: quemadmodum omnes affectus nostri non femper con-
iunguntur cum aliqua mentis cognitione: si enim quandoque contingat
ut de bonis & de malis quibusdam cogitemus fine ulla commotione,
saepe etiam alicuius affectu commovemur, non cogniti tamen, nec, vel
fenfu, percepti illius causa. Cum quis aerem fpirat falubrem gaudio
quodam afficitur, cuius causam ignorat: bonum ex quo illud oritur
gaudium non novit, quamvis illud possideat. A corpore quodam in-
visibili per sanguinem sese infundente si fermentatio impediatur, tristis
est, & causam tristitiae rei cuiusvis visibili sibi affectus momento oc-
currenti forsitan tribuet.

Inter omnes affectus nulli funt fenfibiliores ac velociores, & proinde
nulli cum minori mentis cognitione coniunguntur quam, horror, &
antipathia, amor seu allubescencia, & sympathia. Evenit nonnunquam
ut homo sub umbrosa arbore dormitans ad muscae aculeum vel fron-
ditillationem subito & de improvviso expergiscatur, non secus ac si
à serpente morderetur. Sensu confuso rei terribilis qualis est mors ex-
pavescit, & hoc pacto affectu vehementissimo & violentissimo, deside-
rio, scilicet, odij seu aversionis sese incogitantem agitatum deprehen-
dit. Contra vero si eveniat ut homo alicuius egenus forte fortunâ inci-
dat in pusillum aliquod bonum, cuius dulcedine demulcetur, circa
exile illud bonum, non secus ac circa honorum maximum, fenfem &
incogitantem occupatur. Id etiam evenit in moribus sympathiae & an-
tipathiae. In societate quapiam videmus forsitan alicuius cuius habitus
totaeque externa species cum presenti corporis nostri dispositione arcanis
quibusdam vinculis consonet; ipsius visu illico vehementer permove-
mur. Ad ipsum amandum, & benevolentia prosequendum arcanâ &
dulci quadam vi ferimur. Tè Nescio quid, nobis plane ignotum, sine ulla
rationis participatione, nos agitat. Contrarium evenit de ijs quorum
habitus fastidium, & horrorem, ut ita dicam, aspergunt. Arcanum ta-
men illud fastidium menti ignotum est; quippe de pulchritudine, vel
deformitate fenfibilis, quae ejusmodi affectus excitare solent, soli fen-
sus rite judicare possunt.



INQUIRENDA VERITATE.

LIBER SEXTUS,

DE METHODO.

CAPVT PRIMVM.

Hujusce libri institutum declaratur, ut & duae rationes ge-
nerales conservanda evidentiâ in investigatione veritatis,
quae hujus libri argumentum constituunt.

LIBRIS praecedentibus vidimus hominem errori valde obno-
xium esse, ipsumque sensuum & fallaciam imaginationis & phan-
tasmatibus, & mentis & abstractionibus perpetuo decipi; volun-
tatis & inclinationes, cordis & affectus veritatem ipsi penè femper fur-
ripere, eamque ipsi nunquam patefacere, nisi falsis indutam coloribus
quibus concupiscentiae indulgetur. Jam vias indicare quibus verita-
tis, cognitionem assequi possumus, mentemque eâ vi, & industria mu-
niri quâ has insistere queat sine inutili labore, & erroris periculo, ope-
ra pretium est.

Verum, ne in hujus postremi Libri lectione incassum quis laboret,
imprimis monitum velim, illum in eorum usum qui veritatem per se
ferio quaerere, & ad id proprijs suis viribus uti volunt, duntaxat com-
positum fuisse. Ab ipsis postulo ut per aliquod tempus omnes veri-
similes contemnant opiniones; violentissimâ ne fidant conjecturis; om-
nium Philosophorum auctoritatem susque deque habeant; ab omni

Bbb

pedibus octo. Nam quadratum applicatarum, seu ordinatarum diame-
tro, quae indicant tempora & motum regularem ab A, versus B,
aequale erit rectangulo parametris per lineas indicantes motus inaequales
& acceleratos: & quadrata applicatarum, haec est, quadrata temporum
erunt inter se ut partes diametri incluse inter partem & applicatam.

64, 144, 18, &c.


Ut id manifestum evadat sufficere considerate sextam figuram.
Nam semi-circuli ostendunt A2 esse ad A4, hoc est, ad applicatam
2X, ipsi aequalem; ut 2X est ad A8. A18 esse ad A2, hoc est,
ad applicatam 18X, ut 18X est ad A8, &c. Atque ita rectangula
A2 per A8 & A18 etiam per A8, esse aequalia quadratis ex 2X, &
18X, &c. Ac per consequens illa quadrata inter se invicem esse ut
illa rectangula.

Lineae parallelae ad AB & ad AC quae secantur in punctis XXX.
manifesto etiam ostendunt quodnam iter corpus illud percurrere de-
beat. Inducant loca in quibus illud debet esse certo tempore. Oculis de-
nique repraesentant veram magnitudinem motus compositi & ipsius
accelerationis, tempore determinato.

Insuper supponendo corpus moveri ab A versus C inaequaliter,
ut etiam ab A versus B: si inaequalitas par est principiò & semper, hoc
est, si inaequalitas motus illius corporis versus C similis est inaequa-
litati motus versus B, vel si augetur eadem proportionem, linea
quam describet erit recta.

Sed si supponas esse inaequalitatem in incremento aut in diminu-
tione motuum simplicium, quamvis inaequalitas illa supponatur pro
lubitu, tamen facile erit invenire lineam quae repraesentet imagina-
tioni motum compositum ex motibus simplicibus; exprimendo per li-
neas istos motus, & istis lineis describendo lineas parallelas quae
sele mutuo secant. Nam linea quae per omnes intersectiones illarum
parallelarum transibit, repraesentabit motum compositum ex
illis motibus inaequalibus, & inaequaliter accelerati aut dimi-
nutionis.

Exempli gratia, si supponamus corpus moveri à duobus viribus
aequalibus aut inaequalibus, prout libuerit; unum ex his motibus
semper augeri aut minui, secundum progressionem Geometricam,
aut Arithmeticeam quamlibet, alterum vero motum augeri aut mi-
nueri etiam secundum progressionem Arithmeticeam aut Geometricam
quamlibet, ut inveniuntur puncta per quae transire debet linea quae
oculis & imaginationi repraesentat motum compositum horum mo-
tum, sic est procedendum.



Ante omnia describenda sunt, ut jam dictum est, duae lineae
AB & AC, ad exprimentos duos motus simplices, & dividenda
istae lineae secundum suppositionem accelerationis horum motuum. Si
motus expressus per lineam AC supponatur augeri aut minui secun-
dum hanc progressionem Arithmeticeam 1, 2, 3, 4, 5, divi-
denda est linea in punctis 1, 2, 3, 4, 5, si vero motus designatus
per lineam AB supponatur augeri secundum progressionem du-
plam 1, 2, 4, 8, 16, aut minui secundum progressionem sub-

duplam 4, 2, 1, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{8}$ dividenda est linea in punctis notatis

1, 2, 4, 8, 16, aut 4, 2, 1, $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{8}$. Deinde per has divisiones

ducendae sunt lineae parallelae ad AB, & ad AC; & linea AE, quae
debet exprimere motum compositum quorundam, transibit necessariò
per omnia puncta in quibus istae lineae parallelae sese intersectabunt.
Atque ita deprehenditur via, quam illud corpus motum insistere
debet.


Si quis exacte cognoscere velit, quantum temporis elapsum fuerit,
ex quo corpus illud incepit moveri, quando ad certum punctum
pervenit; lineae parallelae ductae ab isto puncto ad AB, aut ad AC
id indicabunt, nam divisiones lineae AB & AC, denotant tempus.
Pariter, si quis scire velit punctum ad quod corpus illud pervenit certo
tempore; lineae parallelae ductae ex divisionibus linearum AB & AC
quae repraesentant illud tempus, indicabunt intersectionem suâ pun-
ctum portum. Ad distantiam loci unde incepit motum suum, quod
spectat, ea poterit semper facile cognosci ducendo lineam ab illo
puncto versus A: nam longitudo istius lineae cognoscetur per ratio-
nem ad AB, vel ad AC cognitas. Sed quod attinet ad longitudi-

Ddd

duo corpora illa inter se obvia, & hoc pacto viam percussione sibi præclusam restituere. Utque res clarior evadat; si duo globi plumbei, aut alijus cuius alius materiæ quæ minus adhuc habeat vis ad resiliendum seu ad primam recuperandam figuram, sibi invicem occurrant, post mutuum concursum non reflectuntur, sed propemodum juxta leges modò statutas procedunt; quas ed accuratius observant quò minus habent vis elasticæ. Corpora igitur reflectuntur post percussione, quia dura sunt, hoc est, ut modò explicui, quia est quædam materia, maxime agitata quæ comprimuntur, quæque per ipsorum poros violentissime transeundo, corpora sibi obvia repellit. Sed supponendum est, corpora impellentia non rumpere ea in quæ impingunt motû qui superet vim quam habent particulæ materiæ subtilis ad resiliendum, ut fit ubi sclopetum exploditur in lignum.

Verum equidem est materiam subtilem corpora molliâ comprimere, & maximâ cum agitatione ipsorum æquè ac durorum poros trajicere; quamvis tamen illa corpora molliâ nequaquam resiliant. Hujusce rei ratio est, materiam quæ per corpora molliâ transmeat, posse quàm facillimè vias sibi utrobique aperire, propter particularum ex quibus consistant exilitatem, vel propter aliam aliquam specialem figuram ad id idoneam; quod corpora dura non sinit fieri propter crassitudinem & dispositionem ipsorum partium huic effecto repugnantem.

Itaque ubi corpus durum aliud quod molle est pellit, in eo omnes vias, quæ transit materia subtilis, immutat, quod sæpè manifestum est, ut in glande plumbea, quæ, ubi percutitur, retunditur. Sed ubi corpus durum in aliud sibi simile impingit, nullæ aut paucæ in eo sunt viæ novæ, & materia subtilis quæ est in ipsius poris cogitur redire unde venerat, vel repellere debet corpus quod ipsi porulos illos præcludit.



Sit A corpus durum, B verò corpus molle, Cc viâ materiæ subtilis



INDEX ILLVSTRATIONVM

PRÆFATIO. *In quâ quid de variis judiciis quæ circa libros, quæ præjudicia impugnant ferri solent, sentiendum sit ostenditur.*

pag. 1

Prima Explicatio ad Caput primû Libri. *Deus efficit quicquid realis est in motibus mentis, & in determinationibus horum motuum, nec tamen est author peccati.*

pag. 9

Efficit quicquid realis est in motibus concupiscentiæ, nec tamen est Author concupiscentiæ nostræ.

p. 17

Secunda Illustratio ad Caput primum primû Libri.

In quo dixi: Voluntatem non posse determinare diversè impressionem quam habet versùs bonum, nisi imperando intellectu, ut sibi representet aliquod objectum speciale.

p. 19

Illustratio ad tertium Caput.

In quo dixi: Mirandum non esse nos Mysteria fidei evidenter non videre, cum ne ipsorum quidem habeamus ideas.

p. 20

Illustratio ad hæc verba Capitis quinti.

His ita positis, dicendum est Adamum ad amorem Dei & ad ea quæ erant officii sui voluptatibus prævenientibus inductum non fuisse: quia cognitio quam de bono suo habebat, & gaudium quò indesinenter afficiebatur, quòdque necessario sequebatur contemplationem felicitatis suæ, sufficere, poterant ut officio suo adhe-

2



ILLUSTRATIONES

SEU

EXPLICATIONES

AD LIBROS PRÆCEDENTES.

P R Æ F A T I O.

In quâ quid de variis judiciis quæ circa libros qui præjudicia impugnant ferri solent, sentiendum sit ostenditur.

QUUM liber quipiam in lucem prodit, quis circa ipsius fatum consuli debeat ignoratur: Astra enim ipsius nativitati non præsunt, ipsorum influxus nullâ in illum pollent vi, & audaciores etiam Astrologi quicquam de varia illius fortuna futura prædicere non audent. Cum veritas non sit hujusce mundi, corpora cœlestia nihil in ipsam valent, cumque naturâ suâ sit omnino spiritualis, diversæ materiæ configurationes & combinationes, ad ipsam vel stabiliendam, vel destruendam nihil conferre possunt. Præterea hominum judicia circa res easdem ita diversa sunt, ut qui felicem aut infelicem alicujus libri sortem ominari satageret, temeritatem & imprudentiam in præfatiendo ulterius vix posset ferre. Ita ut qui in authorum albo accenseri vult, variis etiam cæterorum hominum judiciis & arbitriis sese permittere videatur. At verò inter authores, ij præsertim qui ad profliganda præjudicia sese comparant, condemnationem suam in dubium revocare non debent; ipsorum lucubrationes plerisque hominibus nimis adversantur, unde fit ut si inimicorum suorum affectibus sese surripiant, incolumitatem suam victrici veritatis vi quâ tegebantur acceptam referre debeant.

Id vitium omnibus hominibus commune est, quòd nempe ad judicia ferenda sint nimis præcipites. Omnes enim errori sunt obnoxij, jam autem errore eorum non aliunde manant quàm ex hoc ipso vitio. Porro omnia judicia præcipitata præjudiciis sunt cõformia: Authores itaque qui impugnandis præconceptis opinionibus occupantur non possunt quin damnentur ab iis omnibus, qui solas veteres opiniones consulunt,

ut ordo naturæ ordini gratiæ inserviat, & voluntates Dei inter se, ut ita dicam, concilientur tempus assignando quod cogitationem precandi in nobis saltem excitet.

Verisimile est Deum his de causis olim Judæis præcepisse ut ipsius mandata scriberent in ædium portis, & quædam semper haberent indicia quibus in ipsorum memoriam revocarentur; id impediabat quominus Deus voluntate particulari uti cogeretur, si fas sit ita loqui, ut ipsis has inspiraret cogitationes. Nam gratiæ miracula apud Judæos erant rarissima, quia tempus nondum advenerat quo Deus insculpturus erat legem cordibus hominum, & spiritum charitatis efflaturus.

Fateor omnia quæ possunt fieri per vires merè naturales non posse per se meritorie disponere ad gratiam, & sine illâ quicquid exterminus est in Religione ad id duntaxat conferre ut superbiam & philautiam nostram foveat. Pharisei ex eo quod signa sensibilia & ad legis Divinæ recordationem idonea secum ferrent gloriam aucupabantur, ut Jesus Christus ipsis exprobrat; Et Christiani crucibus & imaginibus sæpè utuntur per curiositatem, per hypocrisin, aut per auliam quampiam philautiæ rationem. His tamen, quia Dei cogitationem in nobis excitant, utilissimum est uti; nam quantum possumus ordo gratiæ cum ordine naturæ conciliandus est, ut Deus possit nos servare per vias simplicissimas.

Quamvis enim naturâ nequeamus ad gratiam nos disponere, tamen ad illam efficacem reddendam conferre valemus, quia affectus impetum minuere possumus, recedendo ab objectis quibus excitatur, aut rationes isti affectui contrarias sibi repræsentando. Qui imaginationis puritati cæteris accuratius incumbunt, aut ipsam usu perpetuo voluptatum sensibilibium & mundi consortio corrumpi non sinunt gratiam reddunt efficacem, quia ipsi minus obfistunt quam cæteri homines. Hoc sensu morbus, pluvia, aut alius quivis eventus quod domi detinemur, gratiam efficacem potest reddere. Nam qui gradus gratiæ debilior fuisset quàm ut adversus impressionem sensibilem ex objecti jucundi præsentia natam animum nostrum firmaret; ad id posset sufficere ut cum horrore rejiceremus cogitationem aut scædam imaginationem istius objecti.

Id sufficit ut clarè cognoscamus consilia Evangelii esse necessaria, ut Deus per vias simplicissimas nos servet. Illa sequi utile est, non modò quia dum illa sequimur motu spiritus Dei, ipsum ad id determinant ut propter leges generales ordinis gratiæ, augeat in nobis amorem suum; Verùm etiam quia praxis istorum consiliorum gratiam ipsam efficacem sæpè reddere potest, quamvis philautiæ principio in praxim redigantur, quod in multis casibus fieri potest.

F I N I S.

